125

Ac insuper etiam ipse recognoscens praedictae coniugi suae Bona sua apud quascunque personas in obligatione existentia eximere, illisque ad ultima fata vitae suae uti frui consentit eademque usque ad persolutionem summarum per se in eliberationem bonorum eorundem erogatarum tenere inscribit. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

G. Kaleczycki — Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Generosa Helisabeth filia olim Generosi Hawrilo Kalecki ad praesens consors legitima Generosi Joannis Dobrzodowski cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali astantia et consensu praestanteo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit quia Generosum Joannem Kaleczycki filium Generosi Wasiel Sasin Kaleczycki uti bonorum post olim Generosum Joannem Kalecki fratrem suum steriliter decessum quaesitorem de solutione summae Centum Florenorum polon. ad rationem dotis se de bonis et sorte memorati olim Generosi Joannis Kalecki provenientis quietat et liberum facit perpetuo. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Grzymalanka — Debitum

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes Generosi Joannes Dobrodowski olim Petri filius atque Generosa Helisabeth Kaleczycka coniunx ipsius ipsa quidem Helisabeth cum mariti sui uti tutoris coniugalis personali astantia et consensu praestantia sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt et quilibet eorum

suo pro interesse recognovit. Quia Nobili Annae Grzyma=
lanka relictae consorti olim Nobilis Joannis Luba Zarzecki
et ipsius haeredibus successoribus tenentur sunt debiti certi ve=
ri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae Summam Septu=
aginta Florenorum polon. Quam quidem Summam ijdem
ipsi recognitores praefatae Annae Grzymalanka submittunt
se ac de bonis suis generaliter omnibus inscribunt hinc pro
festo Sancti Martini Pontificis in anno Millesimo Sexcen=
tesimo Quadragesimo Tertio proxime imminenti solvere
realiterque et de facto restituere, aut circa Acta officij prae=
sentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursus adsi=
tis non recipere nec modo quovis efficti iubere seu arrestare
sub Vadio similis Summae aliorum Septuaginta Florenorum
Polon. Pro quo citati exnunc coram officio praesenti Castrensi
Capitaneali Branscensi in primo eorundem Termino tanquam
peremptorio peremptorie stare parere respondere proba=
tioni succumbere ac ceteris omnibus satisfacere omnique iudicia=
tum cum suis successoribus pati tenebantur. Eundem Termi=
num primum et alios omnes subsequentes causae eiusdem
Terminos nullis contrariis exceptionibus allegationibus dila=
tionibus Evasionibus infirmitatibus motionibus appella=
tionibus earumque quibuscunque prosequutionibus praemissa evi=
tare volendo, imo se omnibus in Universum juris remedi=
is et defensis legalibus impedimentis etiam de iure con=
cessibilibus se et suos successores uti abscribendo.